



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. IV. De Absolutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

„ ni sunt consensus opera, homines de-
 „ bent confiteri. V. Peccata contra duo
 „ ultima præcepta Decalogi commissa
 „ sunt prorsus a confessione secludenda. „
Qualibet harum trium propositionum est in
fide erronea, & impie confessionem dimidians.
 VI. „ Nullo modo præsumat homo con-
 „ fiteri peccata venialia. „ *Hæc dissua-*
sio est temerarii animi indicativa, ab opere
bono retractiva, & ideo perniciosa. VII.
 „ Non justificamur operibus, neque pœ-
 „ nitentiis aut confessionibus. „ *Hæc*
propositio loquendo de operibus bonis fidem
Mediatoris non excludentibus est erronea,
pœnitentiæ, & confessionis contemptiva, &
sano divinæ Scripturæ intellectui adversa.

TITULUS IV.

De Absolutione.

Sub hoc articulo quatuor propositiones
 recensentur, quarum prima est hæc:
 „ Absolutio est efficax non quia fit, a
 „ quocunque tandem fiat, erret, sive
 „ non erret: sed quia creditur. II. Cre-
 „ de fortiter, te esse absolutum, & ab-
 „ solutus vere eris, quicquid sit de tua
 „ contritione. III. Esto per impossibi-
 „ le, quod confessus non sit contritus,
 „ aut quod Sacerdos non serio, sed jo-
 „ co absolvat, si tamen credat se esse ab-
 „ solutum, verissime est absolutus. „ *Hæc*
tres

Bisul. XVI
A. C. 1521.

tres propositiones ad sensum Auctoris sunt falsæ, impicæ, ignoranter & difformiter ad S. Scripturam assertæ. Et in hoc, quod dicitur: „ A quocunque tandem fiat, eret, sine non erret; „ & in eo quod subditur: „ non serio, sed joco absolvat; „ Sunt piarum aurium offensivæ, Sacramenti pœnitentiæ irrisoriæ, & Conciliorum generalium determinationibus contrariæ. IV. „ Quilibet Sacerdos debet absolvere a poena, & culpa, aut peccat. „ Hæc propositio ad sensum scribentis est falsa, observationi, & doctrinæ universalis Ecclesiæ in his, quæ concernunt Sacramentum pœnitentiæ, contraria.

TITULUS V.

De Satisfactione.

Quintus titulus octo refert propositiones. I. „ Peccata Deus & semper „ & gratis remittit, & condonat, nihil „ a nobis invicem requirens, quam ut „ imposterum bene vivamus. „ *Hæc propositio est a sententia sanctorum Doctorum aliena, Fideles vana & stulta confidentia a debita satisfactione pro peccatis retrahens, & hæretica.* II. „ Sententia est Apostoli „ stoli poenam & culpam simul finire. „ III. De industria damnat Propheta sententiam probantium satisfactionem, „ dicens: Quoniam si voluisses, Sacrificium „ cum